



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Veri & Pii Sacerdotis Idea Seu Vita R. D. Iacobi
Merlo-Horstii, Pastoris B. Mariæ Virginis In Pascvlo
Coloniæ, SS. Theol. Licent.**

Crombach, Hermann

Coloniæ, 1645

Caput 34. Cura aegrorum & morientium morbum & mortem ei accelerat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14591

ta literis consignaretur, & pro Iro in Virum amore, Diurnale & Decadem, quibus vsus, Tabellam, qua preces, quibus assidue per diem utebatur, manu sua inscripserat, ac funiculos nodosos, quibus se verberare consueuerat, seruare voluit, tesseram amoris & sanctæ coniunctionis.

C A P V T XXXIV.

Cura agrorum & morientium, morbum & mortem ei accelerat.

Maiorem charitatem nemo habet, quàm Ioan. 15.
 vt animam suam ponat quis pro amicis suis: & hoc certum ac euidentis optimi Pastoris argumentum, animam ponere pro quibus suis. In hoc cognouimus, ait S. Ioannes, charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Itaque nihil antiquius habuit, vt erat Iacobus Pastor vigilantissimus, quàm vt ægros Parœciæ cognosceret, & studijs alijsq; quibuscunque rebus sepositis inuiseret, admoneret officij Christiani, consolaretur mœstos, & Sacramentis vltimis ad supremam luctam præmuniret; egentibus autem pecuniario

subsidio subueniret. Hic iterum qui tem̄
*Æger to-*poris parcissimus erat, non horas suppu-
*ris noctib.*tabat, dies integros vel noctes, cū ne-
*adest agris*cessitas vrgeret vel æger flagitaret, tradu-
 cebat: sæpe cū ipse debilis magnis do-
 loribus afflicteretur, sui, somniq; obli-
 tus, noctes integras perdurabat: licet
 aduerteret periculosus & contagiosis mor-
 bis imbecillem valetudinem grauitè affi-
 ci, tentariq; nihili tamen id pendeat,
 quod gloriosissimum æstimaret tam pijs
*Morien-*occupationibus immori. Morientibus
*tibus cur*verò hoc adstabat libentiùs, quòd maior
*adstaret*animæ necessitas vrgeret, periculosior in-
*plibenter*staret Dæmonis tentatio, a deoq; chari-
 tas maior præstaretur, & beneficium ex-
 cellentiùs: quæ causa morbum & mortem
 ei videtur attulisse.

Occasio Cū enim Anno 1644. quidam qua-
*morbi.*dragenarij ieiunij tempore morbum in-
 sanabilem incurrisset, eiq; paulatim inte-
 stina putrescerent, vt viuum & spirans
 cadauer aliquot diebus intolerabilem ad-
 stantibus mephitim afflaret, essetq; æger
 excellenti virtute ac pietate & incredibili
 patientia vir, quam nulli morborum a-
 cutissimorum cruciatus labefactarent:
 Ideo

Ideo Iacobus noctes & dies adstitit, sermonibus sacris fuit & confirmavit, ut à latere suo æger vix eum diuelli patere-
 tur: ita diebus esurialibus, ieiuno stoma-
 cho tabem hausit, quæ die Iouis Sancto
 manifestiùs prodijt.

*ex agrè
crebra vi
sitatione.*

C A P V T XXXV.

*Incrementa morbi, & singularis
patientia.*

Cum iustus in principio accusator sit sui, *Humilitas*
 Ideo peccatis suis adscripsit ægrota-
 tionem, & correptionem ut patris a-
 mantissimi suscepit, ac licet eo tempo-
 re molestum videri posset, Parochianis
 in administrandis Paschalibus Sacramen-
 tis non adesse: libenter tamen suam
 cum diuina conformavit voluntatem,
 sibi non parum in hoc gratulatus, quòd
 dum Ecclesia Christi cruciatus recolit,
 & fideles omnes exoptat pœnitentium
 ritu publicè testari, Christum inno-
 centem peccatis nostris pœnas debitas
 morte Crucis expiasset, mereretur & i-
 ple Saluatori nostro toleratis corpo-
 ris doloribus, & interiore tristitia

*tas initio
ægrota-
tionis.*